Epistola 166. IOHANNI COCCEJO GERHARDUS MEIERUS.

S. in Chr. J. Admodum Reverende et Excellentissime Domine
Fautor singulariter honorande.

Iterata tua in me beneficentia, exprimit tandem hasce
literas, quas hactenus repressit non oblivio merito:
rum in me tuorum, neq; oscitantia, sed varius et concea:
tenatus qs. labor, quem in statione non semel im:
mutata pro conditione et defectu scholae nostrae susti:
neo. Eo vero acceptius duorum librorum de foe:
deribus et in initium Evang. S. Joh. mihi obtulisti munus, quo,
quem pro summa eruditione tua observas modum in fidei
enodandis et declarandis mysteriis, eorum scil: scripturâ
illustrando, vehementius placuit. Quam felices illi
quibus in illustri academia vestra sic à primis initiis
sacris theologicis imbui contingit, quorum aures
non scholasticorum saepe inanes lites nec nudae à
schola inventae locutiones perstrepunt. Sed quibus
ipsius Spiritus S. vox indesinenter repetitur, repetita
instillatur. Vah quot et quanta ex sacri origi:
nalis textus ignorantia haereses, quam vasti sinistra:
rum in fidei articulis opinionum hinc scaturierunt
cumuli! Quam arduum et intricatum sine solida
textus notitia adversarios reprimere. Nullo ergo
munere me beare magis potuisti, qui lucubratio:
nes tuas de vero et salutari ipsius Scrae sensu
mihi transmisisti, secundum eamque quam supra theolo:
gorum vulgus tibi acquisivisti, deo sudoribus et vigi:
liis tuis benedicente, sacri textus notitiam.

Excitor ad impensiorem indies hujus studii te [illegible]
amorem. Excitor ad ardentiora pro salute tua
vota; quum diu incolumis tam doctis elaboratis
et ex ipso salutari fonte illustratos, nisi om[nes]
saltem plerosque sacri codicis libros ipsius ta illustri [illegible]
ecclesiae Christi exhibeas. Sed plura de his ne
addo, ne ex tui laude, sinistri quid, qui [illegible]
tuus sum, de me cogites. Cum tramite vir noster
Bremenses ecclesiasticos, civiles curans, Her-
mannus noster pro animi promtitudine expr[illegible]

cui hasce literas tibi adferendas patuecam

Dilectissimam uxorem a me salutes rogo, tres
filiolas et unicum filiolum et aetatis et pietatis
et omnium Christianarum virtutum felici
largum incrementum voveo. Ego cum
universo tuo filiorum et unici filioli mini[illegible]
ma pater. Deus servet nos omnes, te
imprimis Excellentissime vir, ecclesiae [illegible]
Bremae ao à nato Christo Sev. [illegible]

Ex fixili fundo nro remitto injectum programma, a qui benign. id consulas rogo.

Admodum Rdae Exc. V.

toto animo addictissimus

Gerh. Meijer S. Th. D.
et P.P.

Plurimum Reverendo, Cla:
riſſimo & Excellentiſſimo
Dno, Johanni Coccejo. S. TS. D.
ac in illuſtriſſima Leidenſi
ejusdem facultatis Profeſſori,
fautori ſuo multis nominibus
colendo